

Fæcunda studiorum
messis ... dum ...
promotor ... dn. m.
Simon Tålpo, log. ...

Modeliin, Alexander Mårtensson,

1 Ic Fol. Okat.



National Library
of Sweden



FÆCUNDA STUDIORUM MESSIS

DEO benedicente consecuta

DUM

Clementissimo Regia Majestatis mandato

Illustriss. Dn. Cancellarii nutu

unanimi Senatus Academici consensu

PROMOTOR

VIR

Amplissimus & Celeberrimus

DN. M. SIMON Tälpo/

Log. & Metaph. Prof. Ord. Excellentissimus

Pastor in Dñte meritissimus

Solenni Pompa Philos. Candidatos alterà Paginà nominatos

die 25. Novemb. Anni 1691 honoribus Magisterii

coronaret.



12



Aqua mentis lance ponderanti, quid horum mundanorum summum honoris mereatur gradum, haud inconveniens videbitur, doctrinam ultimo minime contentam esse loco: hæc enim benignam se præbet adiutricem suorum amatorum nam multos numero certe incomprehensibiles ex infima hominum sorte oriundos, summoque paupertatis onere pressos, nec non implacabili novercantis fortunæ odio in vastissimum miseriarum Abyssum detrusos, notissimos facit, allevat, & ad varia honorum fastigia promovet, evellitque. Et siquidem tantum utilitatis secum affert, proinde unusquisque omni nisu ut hanc obtineat incumbet. Multi reperiuntur vani homines vana somniantium affectantes ludibria, scilicet: aliis exceptis Veneris pullis Midæ divitiis, Cræsiqve pondere Gæzæ, & si fortuna illorum desiderio satisfaceret, affulgeretve, autem Pactoli undam impellendo, ut illorum terras allueret, extra omnem dubitationis aleam, pro certo mihi in animum inducerem, illos cum Alexandri Militibus, ingenti siti maceratis pronos se in terram procumbere, corporaque sua humi sternere, hianti ore aquam illam præterfluentem captaturi, quo avaritiæ suæ baratha largiter & abunde supplere valerent. En stuatorum stoliditatem, apertis oculis somniantium, omnem movendo lapidem in his nullius momenti obtinendis, studiis vero absque omni liberatione triste dicendo vale: quo tamen ex fonte insignis illa doctrina, ex toto Musarum Choro, venerando animi osculo amplectenda originem trahit suam, & cui ea obtinere contingit, Thesaurus optimus præciosissimarum divitiarum in residuo est, testante sapientissimo Biâ, quidum omnibus suis bonis esset spoliatus, non sibi grave duxit, in hæc prorumpere verba dicendo se satis habere,

*Et nihil amplius indigere, nihilque' vel bello vel ra-
pura amittere.* doctrina enim fuit illius Thesaurus quam
nunquam amitteret. Ecce, candide Lector, in conspectum
jam produnt virtutis & artis sectatores, qui non in utram-
que aurem super otii pulvinare dormitarunt, sed impigre
sub vexillis Minervæ militarunt, animoseque in palestra
hac literaria disputando atque orando desudarunt. Hæc
quam vera sint procul etiam a falso remota neminem
latet. Proinde *Musa*, doctrinam illorum non tantum ornârunt,
Sed etiam corollas capitibus illorum imponendas, aureis-
que annulis digitos poliendos senserunt, quibus o-
mnibus jam adornati, fulgent, splendentque O! Itaque
Vos Pereximii Domini Candidati, quanto Elogio estis ef-
ferendi, quam felices coram mundo estis deprædicandi!
quibus omnia tam prospere ex voto cedunt, tantusque hono-
rum cumulus manet. Gratulor itaque vobis, Clarissimi
Magistrigloriæ huius messem haud infæcundam, & mihi læ-
titia segetem jam exsurgentem, Cœlestem quoque Monar-
cham calidis veneror suspiriis, velit Vestras Claritates in An-
nos Nestoreos conservare, in publicum commodum, priva-
tumque gaudium omnium.

Ita fatur atque procedit

ALEXANDER MODELIIN

Smol.

